




Sammelband von Diss

W



U. q. 79, 5

CHRISTO SOLE IVSTI

TIAE DVCE

SVB PRÆSIDIO

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI VIRI D. ARNOLDI  
DE REYGER, DOCTORIS IURE CONSULTI  
celeberrimi, Pandectarum in florentissima Aca-  
demia Salana Professoris pu-  
blici &c.

H. A. N. C

PROCESSVS IUDICIARII  
DE LIBELLIS ET RE-  
CONVENTIONE

*Disputationem III.*

Ex I. V. & receptis in foro Doctorum op-  
inionibus desumptam,

Publicè in Amplissimæ Facultatis Iuridicæ au-  
ditorio, examinandam proposuit, ac exercitū gratia  
defendendam suscepit,

CHRISTOPHORVS HENSCHER  
MONSTERBERGENSIS SILESIUS.

Hab. disput. 20. Junii hora 6. matutin.

D. MATTHÆVS VVESENB. in proleg. de studio  
Iuris recte constituendo.

Turpe est difficiles habere nugas, stultus labor est ineptiarum, ut  
quidam ait: Etsi enim cognitio omnium partium Iuris per se iucun-  
da existit; tamen studii nostri finis est, sicut esse debet, idem qui  
justiciæ nempe ACTIO & VSUS FORENSIS: ut in iu-  
diciis, in foro, in omni negocio, quid æquum quid iniquum sit, ex-  
ploratum habeamus, atq; hoc scientiæ genere in forum usumq;  
per ducto Reipublicæ totiq; humano generi quamplurimum com-  
modemus.

I ENAE

TYPIIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO CI 10 XCV.

MAGNIFICIS, NOBILISSI-  
mis & Amplissimis Viris,

ILLVSTRIS DVCATVS  
VRATISLAVIENSIS,

D. ABRAHAMO A IANCK-  
VVITZ in Golischmiden &c. Capi-  
taneo strenuo.

Totiq̄ eiusdem Reipublicæ inclytæ Sena-  
torio ordini prudentissimo.

Patriæ Patribus fidelissimis  
Ecclesiarum & Scholarum nutriciis,  
Dominis & patronis meis munificis,  
Hasce conclusiones meas legales,  
Publicæ velitationi propositas

I N

Academici exercitij symbolum,  
Perpetua observantia tessera m.,  
Gratiq; animi testamen,

Ea qua par est reverentia  
Dedico & Consecro

Christoph. Henscher.





## PROCESSVS IVDICIARI DISPVATATIO TERTIA.

Discussa superiore disputatione Citationis materia, Processus iudicarii ordo postulat, ut in hac de libellis & Reconventione strictim agamus.

### THE S I S I.



I BELL V S A L I B R O  
dictus a, variis modis in jure nostro, ut  
apud Lexicographos videre est, usurpa-  
tur: hic nobis scriptum, continens acto-  
ris adversus reum conventum intentio-  
nem in iudicio, significat b.

a Speculator in tit. de libellorum conceptione §. 1. non à libra  
in qua Iustitia ponderatur. Addit. ad. d. §. 1. b l. qua quisq; 1. §.  
edere i. ff. de edendo l. edita C. eod. auth. offeratur. C. de litis contest.  
ubi Dd. Novell. 53. c. 3. c. fin. ext. de libelli oblatione. Specul. d. lo. &  
appellatur die Klage oder libell. Vultius lib. 2. Iurisp. c. 29. grac. Bi-  
Bator Steph. Berchtold. c. 12. de libell. tb. 206. in tr. de iudiciis. Estq;  
de substantia processus. c. ignarus 1. ext. de libell. oblat. ubi gl.  
Chilian. Konig in process. Von dem Libell oder Klag an ihr sebst. c.  
49. §. die Klage / 2 verb. vnd gehört zum Process. Nec con-  
sensu partium omitti potest. d. c. 1. de libell. oblat. d. l. 1. de e-  
dend. d. auth. offeratur c. fin. §. offeratur 3. q. 3. c. 1. & ib. Panor.  
Spec. d. tit. §. utrum 5. Konig. d. lo. §. Vnd ist also nothurstig. VVe-  
sen. in par. ff. de edendo. n. 8. M. Nepos à Môte Albano in libello fugie-  
riuo de except. contra libell. Sichard. ad auth. offeratur C. de litis con-  
testat. n. 3. 4. In levioribus tamen ac summarisiis. negotiis

A 2 intentio

Intentione voce actoris vel eius advocati explicari potest.  
Menoch. remed. recip. poss. 15. nu. 240. Ferrarenensis in aurea pract.  
in form. lib. in action. real. n. 7. Seb. Vanti. de nullit. sent. ex defect.  
process. n. 21. Matib. Coler. in process. execut. par. 3. c. 5. n. 1. Et 3.  
Bart. Socin. fallent. 233. Can. si quis 11. q. 1. not. gloss. c. 1. de libell.  
obl. Clem. sapè, & ibi gl de V. S. Spec. de libell. concept. §. 10. vers.  
9. & 21. Hanneton. tract. iudic. part. 1. tit. de libell. oblat. Actuarius  
enim seu amanuensis Iudicis, coram quo actor petitionem exponit,  
intentionem & rei defensionem excipit.  
Quare Advocatus qui in iudicio exponit dempta scriptura, eadem debet voce complecti, quæ literis, edendo libellum, prescriberet, & eodem ferè ordine causam perorare.  
Hocq; in casu Iuris mentem petitionis descriptio, quæ ab amanuense excipitur supplet, & de actione per eam scripturam cui fides adhibetur constat. Petr. Gregor. in syntagm. Iur. lib. 48. c. de libelli oblat.  
5. §. 4. specul. dict. tit. §. nunc dicendum 9. n. 30. Quod etiam de iure Saxonico in quorundam Principum curiis & Aulis observari testatur Konig. in proc. c. 38. in fin. & c. 39. §. 4. per text. fin. & gl. lib.  
2. Landrecht. art. 3. & lib. 3. art. 69. Das man von Mund zu Recht in die Federn setzt, Schneid. in §. omnium Inst. de action. n.  
90. Hartm. Hartmanni. lib. 1. obs. tit. 8.

## II.

Non tantum Iudici competenti offerendus est, sed & Reo, ut ex illo deliberare possit, an cedere vel contendere velit, actoris impensis exemplar eius dari debet.

Bartolo. Salic. in l. edita 3. C. de edendo n. 1. Marant. in Speculo suo aureo. par. 6. de libelli oblatione n. 3. VVurmser. lib. 1. pract.  
obs. tit. 9. obser. 10. De consuetudine multis in locis receputum est, quod & actor retineat copiam libelli, & offerat Iudici duas, quarum altera Reo detur, altera penes acta in iudicio reservetur. Konig. c. 39. Von der Klage vnd Antwort/§. 2. Termineus in process. c. 20. Sicard. in d. authent. offeratur n. 11. Steph. Berchtold. c. 10. thes. 155. d. tratt.

## III.

Ex dupli materia Civili & criminali, duplex etiā libelli

belli constituitur species: Criminalis & Conventionalis *a*, qui & libellum seu supplicationem, quæ aliquando porrigitur Iudici antequam Citatio decernatur, continet *b*, item Citationis mandatum, quo narratur compendiosè intentio seu causa ob quam quis vocetur *c*.

*a* glossa in c. 1. ext. de libell. oblat. & c. fin. cod. specul. d. cir. §. species libellerum 2. Petrus Gregor. in syntag. d. loco. VVes. in par. ff. de edendo n. 3. *b* Felinus & reliqui Dd. in d.c. 1. *c* l. qua quis q. 1. ff. de edendo. vide Vulteum d. lib. 2. c. 29.

#### IV.

Hinc de libello revocationis iniuriarum, qui ex frequenti usu introductus, & à Carolo V. Imp. comprobatus est. Wenn einer dem andern einen Widerruff thun sollt das ihm die angethanen Injurien an seinen Ehren vnnachtheilig dubitatur, an Civilis vel Criminalis habendus sit: Et civilem esse in Camera Imperiali obtinuit.

Gail. lib. 1. obs. 65. n. 3. 4. & seqq. VVurmserus dict. tit. 9. obs. 8. Mynsingerus in §. in summa, Inst. de interdictis. Dissentit Marant. Par. 4. dist. 1. n. 17.

#### V.

In libelli conceptione, quæ si petendi causa dubia & controversa est, in syllogistica *a*, si vero certa & nota Enthymematica *b* forma fieri debet, laborandum, ut inde liquidò & sine dubio Iudici & parti de eo quod in iudicium deducitur constare possit.

*a* Inde quasi syllogismus practicus & judicialis appellatur. VVesenb. in par. ff. de edendo. n. 3. Cuius propositio continere debet. I. Accusatoris nomen, si quis per alium agat, si vero per se illud omitti potest. Bald. in l. 3. C. de edendo. II. nomen rei conventi. Wie die Klage wider die vnmündigen oder wider ihr vel an justellen sey docet Konig. c. 5 1. & 5 2. Hart. Pisi. part. 1. q. 37. n. 46. III. Nomen Iudicis, ut sciatur an sit competens. Olim Prætoris nomen, quia is certus erat, non ex primebatur. l. 80. de Iudicis Treutl. par. 1. disp. 4. ihs. 10. lit. c. Hodie ad fundam Jurisdictionem sufficit allegare qualitatem Jurisdictionem tribuentem, de qua summarie constare debet: ex illa enim magis persona Iudicis, quam ex nomine pro-

prio cognoscitur. I. cum quedam §. quoties ff. de Iurūdict. Gail.  
lib. I. obs. 2. n. 1. 2. Mynsinger. cent. 2. obs. 9. IV. Petitionis cau-  
sam, in actione personali remotam, in reali proximam.  
Gail. lib. I. obs. 61. n. 2. 3. 4. 6. Schneid. in d. §. omnium Inst. de Acti-  
on. n. 103. Landrecht lib. 3. art. 41. Kling. in Meth. Iur. Saxon. par.  
2. Bon der Klag. pag. 47. Salicetus in l. edita C. de edendo. num. 5.  
Cynu. ibid. n. 7. 8. & seq. Socin. fallent. 234. Difficile enim est  
Iudicem & Adversarium aurem petitioni accommoda-  
re, quæ causam petendi non habet, ex qua obligatio o-  
riatur. I. Iurūgenium 7. §. sed cum nulla. de pactu. neq; Ad-  
versarius respondere tenetur, c. fin. ext. de libell. oblat. Petrus  
Gregor. in syntag. d. loc. Marant. d. lo. n. 8. Spec. de lib. concept. §.  
quod 4. V. Actionis nomen, I. si quis ult. C. de interdictu. I. non  
videtur ff. de iudiciis. Duaren. c. 6. ad iii. si cert. petat. Salicetus ad d.  
I. edita nu. 8. & seq. Donell. ibidem n. 6. & seq. ubi dicit hoc ius non  
esse sublatum iis Constitutionib. duabus quæ extant sub tit. C. de form  
& impetr. actio. sublat. Schwarzenhaller in pr. de libelli requisitis.  
n. 6. Dissent. Accursius in l. I. §. 1. verb. edere ff. de edendo. De Iure  
Canonico proprium actionis nomen omisum libel-  
lum non vitiat, dummodò constet quid petatur, c. dilecti  
ext. de iudiciis VVurms. dict. tit. 9. obs. 7. Gail. lib. I. obs. 61. num. I.  
Sichard. ad Rubr. C. de O. & A. n. 5. Treutl. dict. disp. 4. thesi 10. III.  
c. Assumptio continere debet certā & perspicuum faci  
specie. Ut in rei immobilis petitione adjici debet, nomē,  
fines, vicini, proximiq; limites, mensura, iugera, & aliæ  
qualitates necessariæ, ad rei mobilis vel immobilis cer-  
titudinem. I. si in rem 6. ff. de rei vindicat. I. forma 4. de censibus  
c. cum olim. de V. S. In criminalibus verò etiam præter illa  
locus & tempus criminis perpetrati, quod si non fiat, ac-  
cusatio ipso Iure nulla est: etiam parte non opponente,  
I. libellorum ff. de accusationib. ubi Gothofred. Gail. lib. I. obs. 64. n.  
9. Mynsing. cent. 2. obs. 32. Dies tamen nisi illum Reus ab Actore suo  
desideret, omitti potest. Marant. par. 6. de libell. oblat. num. 13. 14.  
VVurms. d. t. 9. obs. 2. quamvis nec hoc casu diem exprimendum in  
Camera observatum testatur Myns. cent. 2. obs. 40. vid. Damboud. in  
pract. rer. crim. c. 30. n. 5. 6. Tandem Conclusio vim totius  
libelli in se habere debet. Illa enim eius potissima pars  
est, &



est, & præcipuè attenditur, id est, videtur non quid narretur, sed quid in eo concludatur. *VVurms*. d. tit. 9. *observ.* 6. *Iason.* in l. 1. de edendo fac. l. 2. C. de petit. heredit. *Socin.* fallent. 231. Ideoq; in cœlibus causis omitti non potest. *VVesen.* in par. ff. de edendo nu. 3. per tex. & Dd ibi allegatos. In criminalibus vero quia in iis Iudex non considerat modum concludendi, sed qualiter lex pro delicti qualitate concludat; conclusio ne opus non est. *Iason* in *G. omnium Inst.* de act. Clar. lib. 5. G. fin. quest. 12. n. alt. *Gail.* lib. 1. obs. 61. nu. 18. 19. & seq. *Konig.* c. 54. Von der Exception wider die Klage. g. Aber in peinlichen Sachen Prædictaque omnia his versibus continentur.

Quis, quid coram quo, quo iure petatur, & al quo:

Recte compositus quisq; libellus habet.

*Steph. Berchtold.* c. 12. th. 207. in ord. iudic. b & in illa post exordiu facti narratio proponitur, nec anté causa petendi exprimitur. Et huius generis sunt ferè omnes libellorum forma, quæ in summa Odofredi de libellis formandis reperiuntur.

#### VI.

Sed semper ordinaria propositionum συζύγια estne retinenda? aut estne consultius ut interdum præmissis inversis libellus concipiatur? Adhanc quæstionem cum eximio Iureconsulto Dn. Georgio Obrechto in disput. deformat. libell. ex thesi 491. & seqq. respondeo. Advocatum oblata facti specie, statim debere eam ad formam syllogismi revocare, & in illo legitimam propositionem συζύγια conservare: nec propositiones invertere. Ita enim melius libelli fundamentum & medium concludendi percipiet. Deinde diligenter perpendere debet, an causæ negatione in iure an in facto consistat. Si causa petendi obscura, primo loco collocanda, & post facti narrationem subjicienda. Si vero nota Iudci, à minore propositione auspicari libellus potest: præsertim si hæc magis probatione indigeat, vel si in hac causæ negatione consistat, quod fit si ab adversario negatur.

#### VII.

Nec sit incertus, nisi ex parte actoris iusta ignorantia fuerit, nec obscurus, qui tamen si contra illum de obscu-

obscuritate nihil opponatur procedit, ex actis siquidem declarari potest *b*, nec generaliter *c*, aut alternative *d* conceptus.

*a* VVurmserus d. tit. 9. obs. 1. Konig. d. c. 54. Von Exceptione wider die Klage. §. 3. in fin. Costal. ad. l. 1. ff. de edendo. Treut. dicta disput. 4. 1b. 11. *b* I. ampliorem 39. §. in refutatoriu C. de appellat. Gail. lib. 1. obs. 62. n. 11. per Dd. ibi allegatos. Proceditq; in causis civilibus. In criminalibus autem libellus obscurus non admittitur, ut si talis est. Accuso Titium de omnibus maleficiis quæ commisit Gail. d. obs. 62. n. 13. vide Marant. par. 6. de libelli oblat. n. 22. *c* super petitione tamen hereditatis admittitur, licet 2. C. de iudiciis ubi Gothofredus, quomodo formetur. vide Amb. Schurer. de successio. ab intest. tit. XXII. pag. 394. item in actione pro socio, negotiorum gestorum, tutela, l. pro socio 38 ff. pro socio. In his enim non est necesse singulas res in facti specie exprimere, sed satis est generaliter dicere, adversarium res communes, vel proprias non bene administrasse. Gail. lib. 1. obs. 67. Konig. d. c. 54. §. item die Klage 5. Salicetus ad d. l. edita C. de edendo. n. 4. *d* I. prator edixu. 7. §. quod autē 4. ff. de iniuriis & famosis libell. I. ubi autem §. qui illud aut illud. de Verb. obligation. Ratione tamen incertitudinis, quæ ex facto alieno procedit, item in actione hypothecaria, ut & in materia l. 2. C. de rescind. vendit. alternativum libellum subsistere posse, variis textibus & Dd. testatur Gail. lib. 1. obs. 62. vide Salicetum in l. in commodato. ff. commodat. num. 5.

### VIII.

Ineptè *a* respectu juris non facti, aut contra stylum curiæ si formatus fuerit *b*, à Iudice ex officio, ne sententia *c* retrò nulla reddatur rejici potest *d*. Reusque per sententiam ab observatione iudicij absolvendus actor verò in expensas ( reservato tamen, ei ex alia causa apta, iure ) condemnandus erit *e*.

*a* Quomodo ineptus dicatur vide Dd. à Gailio lib. 1. obs. 66. nu. 12. allegatos. *b* Tiraquell. in tr. de poenâ in pr. n. 7. *c* Gail. d. obs. 66. n. 2. Chil. Konig. d. c. 54. §. Item Die Klage taug auch nicht. 4. *d* VVesenb. in par. ff. de edendo n. 8. *e* c. examinata. de iudicis l. Bœbius. in fin. ff. de pactis dotal. l. si autem §. quecunq; ubi Bartolus.



Bartolus. de negotiis gestis. Maranta par. 5. n. 50. Vantius in tr. de nullitatib. tit. de nullit. sent. ex defect. process.

X.

Petitio etiamsi inepta, intentio modò apta sit, libellus in Actoris favorem quoad fieri potest, sustineri debet.

1. si quid 66. ff. de Iudiciis. VVesemb. d. loc. Imò partim aptus & concludens, partim verò ineptus si sit, pro parte eius apta totus processus fundandus est. Gail. d. obs. 66. n. 10. Maranta par. 4. dist. 9. nu. 14. Henning. Goden. Consilio 40. n. 16. & Consilio. 33. n. 12. Socius. fallentia. 237.

X.

Rejicitur quoq; libellus, si plus debito & causa petentis dolo continet, hocq; in casu Actor olim causa cdebit, in stricti juris actionibus, non autem in bonæ fidei & arbitrariis, in quibus ad certam æstimationem agitur.

§. si quis Inst. de Actionibus. ubi Dn. praecept. Iohan. Borcholt. & alij Dd. Novell. 15. c. 4. Hodiè Reus cum refusione expensarum ab observatione Iudicij absolvitur. c. 1. de plus petitionibus. Plus verò petitur quatuor modis, RE, TEMPOR E, L O C O & C A V S A. de qua materia alibi copiosus disputatur, ad hanc thesin confer. Cuiac. lib. 12. obs. 21. & lib. 7. observ. 27.

XI.

Solet quoq; interdum certis articulis, unde articulatus a dicitur, concipi. Sed in terris Electoris Saxoniar. Damit der processus des Sächsischen Rechten erhalten wird solche articulirte Klag/wenn dieselbige gleich nicht von Part gefoschten/ jedoch officio Iudicis verworffen b.

a Et is antiquitatifuit incognitus. Veteres enim facti speciem summarie tantum, solenniter & simpliciter Iudici proposuerunt. In huius exordio sigillatim & peculiariter ab adversario requiritur, ut ante omnia litem contestetur, deinde articulis respondeat. Ratio cur utrumq; petatur, est, quia non per positiones, sed per petitionem in iure propositam, si ad eum respondeatur, sit litis contestatio. c. 1.

B

ext. de



ext. de litis contest. Et sicut per solam actionis editionem non sit  
litis contestatio l. i. C. de litis contest. Ita quoq; non sit per solam ree-  
spansionem : quia litis contestatio non nisi petendo, & negando sit.  
d.l. i. C. de litis contest l. rem non novam g. patroni. C. de iudicis.  
Obrecht. in dict. disput. de libell. for. th. 676. Articuli verò non  
sint multiplices, impossibiles, negativi, captiosi, facti ali-  
eni, impertinentes, obscuri. de quibus alibi copiosius dicetur.  
b Const. elector. part. i. tit. 2. Von articulirter Klag / libello arti-  
culato gentande.

## XII.

De iniuriarum libelli requisitis dubitatur: Et quo-  
niā in illo sive civiliter sive criminaliter intentetur, de  
honore & existimatione hominis agitur a, cuius non  
minor quam vita ratio habenda, annum, mensem, & lo-  
cum illatæ iniuriæ, adjiciendum esse statuimus b, quòd  
Reus defendendo se negativam loco & tempore coar-  
ctatam probare, & testes contra eum deponentes falsi-  
tatis arguere possit c.

a g. in summa Inst. de Injuriis. l. constitutionibus ff. eod arg. l.  
prator 1. de his qui notant, infam. VVesent. in par. ff. de Injuriis. nu-  
18. b l. libellorum ff. de accusationibus ubi Gotfred. l. prator edi-  
xit. 7. ubi Bartol. de Injuriis. c. tuæ fraternitatu. ext. de Procuratorib.  
c Chilian. Konig. c. 58. Von Klage der wörtlichen Inturien/ g.  
Und weil denn diese Klage. 3. Gail. lib. 1. obs. 64. Marant. par. 4.  
dist. 1. n. 14. 15. Iulus Clarus lib. 5. sent. g. Injuria n. 4. 5.

## XIII.

Subjiciuntur etiam communiter in libellis clausulae  
a, alias post exordium quales hæ: Salvo quolibet Iuris  
beneficio, non adstringens se ad superfluam, sed tantum  
necessariam probationem. Mit vorbehalt vnd bedingun-  
gen aller Rechtlichen noturfft/ sonderlich aber mit überflüssiger  
Beweisung unbeladen zu sein / vnd nur alleine dasjenige zu be-  
scheinigen / vnd auszuführen/das zuerhaltung seiner verhoffeten  
Gerechtigkeit Klägern dienstlich vnd zutreglich. Nec hæc Iuri  
contraria est: quia non tollit eorum probationem, quæ  
causæ statum attingunt: sed tantū eoru quæ superflua sunt.  
b Item pluries amicabiliter interpellatus dare vel facere  
recusavit.

recusavit. Wiewol Kläger öffnals Beklagten/derhalben in der  
gute angelanget/ vnd vmb Zahlung freundlich erinnert vnd be-  
sucht/ so hat er doch außer dieser nochtgedrengter Rechtsertigung/  
bey ihm nichts erhalten noch erlangen mögen c.

a De eiusmodi clausulis que salutares sive salvantes dicuntur,  
vid Zasium in l. i. ff. de edendo Iasonem in h. omnium Inst. de actio-  
nib. ubi & Schneid. n. 120. & seqq. Quid operentur, tradit Gail.  
lib. I. obs. 61. n. 11 + 2. ubi & opportunè monet. Clausulam sal-  
vantem in Camera Imperiali nihil momenti habere in  
supplicibus libellis, qui extrajudicialiter pro more Iudi-  
cii, pro introductione causæ, vel obtainendis processibus,  
puta Citatione, vel mandatis Iudici exhibentur: quia  
Iudex Cameræ, virtute talis Clausulæ salutaris, nihil ex  
officio extrajudicialiter supplere & decernere potest,  
sed ad malè narrata supplicantis, aut simpliciter pro ut  
narratum, vel pro ut petitum processus denegat. b De  
bac clausula vide Bartol. in l. divus ff. de re iudicat. & Canonist. in c.  
dilecti. de dol. & contu. Termine. in pr. c. de libelli. c Schneid. d. lo.  
n. 123. ubi dicit de urbanitate fieri debere, ut Actor Reum extra iu-  
dicium interpellat.

#### XIV.

In foro Saxonico plerunq; hæc verba adjici solent.  
Actor quoq; sibi reservat, quod si ad conservandum seu  
fundandum jus suum ulteriori probatione opus habue-  
rit, aut illa per judicem sibi adjudicata fuerit, possit illam  
pro parte, sive in totum (omni tamen superfluo excluso)  
vel producere, vel ab ea desistere: Actionemq; accusati  
animo, seu conscientiæ committere, pro ut id sibi com-  
modius, vel utilius visum fuerit. De quo palam & pas-  
sim protestatur. Es will ihm auch Kläger vorbehalten haben/  
wo ihm einige Beweisung/ zuerhaltung vnd zu ergründung seiner  
Gerechtigkeit von nötzen/ oder Rechlichen zuerkand würde / die-  
selbige gar oder zum theil ( doch mit ausschließung alles überflüß )  
zuvorführen/ oder derselbigen gar oder zum theil abzustehen / vnd  
dem Beklagten in sein Wolbewußt vnd Gewissen zustellen/ wie in  
daran das am aller fuglichsten und zutrefflichsten sein wird/ davor  
er allenthalben öffentlich bedünget.

Landrecht. lib. 1. art. 6. & lib. 2. art. 22. vide Schneid. in de  
C. omnium. n. 121.

XV.

Alix post conclusionem, ut: Super quibus omnib.  
& singulis peto mihi jus & justitiam administrari; Invo-  
cans iudiciale Iudicis officium. Omni meliori forma ju-  
ris & statutorum, qua fieri potest. Vna cum expensis  
litis, factis & faciendis. Ich bitte/mich über dis alles/nach  
gelegenheit angestalter Klag/vnd was sonstens disfals recht zuer-  
kennen/vnd mir die Gerechtigkeit Ius vnd Institutam mitzuthei-  
len / Ewer hochmildes Richterliches Amt herüber anruffende.  
In aller bestendigsten form vnd maß/ wie solches im Rechten  
am krefftigsten geschehen sol/ kan oder mag. Mit erstattung der  
verursachten Gerichts kosten vnd Expensen. Et hæc quam-  
vis præter jus civile introductæ, superfluæq; videntur, ut  
tamen turbulentis adversariis disputandi occasio præci-  
datur, eas adiungere tutius atq; utilius est.

Gail. lib. 1. obs. 151. n. 21. 22. Mynsing. cent. 4. obs. 55. Mu-  
rant. par. 6. de libell. oblatione n. 15. 16. 17. 18. Obrecht. d. dispute-  
thes. 59 I.

XVI.

Solet & hæc adjici: Salvo jure addendi, minuendi,  
corrigendi, mit vorbehalt / die angestalte klag zubessern/ min-  
dern vnd endern. Ex qua nobilis & utilis in foro resultat  
quæstio. Vtrum libellus emendari & mutari possit? Ad  
quam per distinctionem respondeo: In non substantiali-  
bus mutari & emendari posse, veluti in congruitate ser-  
monis a, in substantialibus vero minimè post litem  
contestata, neq; eius scripta, ex quibus vel confessio pro-  
dest adversario, vel ius ei quæsum est, antè quamvis li-  
ceat b, expensæ modò refundantur.

a Faber in G. si minus Inst. de Actionibus VVesenb. & reliqui  
Dd. ibid. vid. Euerhard. Bronchorst. affer. 20. Curt. I. evartio&c. b  
d. G. si minus. Inst. de Act. Baldus & Cynus in l. edita. C. de edendo.  
ubi & glossa. Termineus in pr. de libell. mutatione. Specul. de libell.  
concept. G. 7. Potest tamen declarari post contestationem l. in delictis  
G. si de ff. de noxalib. action. Qui enim declarat, nihil de novo adiicit  
l. heres



liberes palam §. fin. de testibus. vide Sichard. ad l. r. C. de sententiis ex breviculo recitandis. n. 59. Salicet. in d.l. edita n. 10. & seqq. Socinus. fallentia 235. & seq. Dn. Praecept. Speckhan. cent. I. quæst. 65. Sichard. ad autb. qui semel. C. quomodo & quando iudex. numer. II. 12. & seq.

### XVII.

De jure Saxonico mag der Kläger nach bestalter Gewehr die Klage nicht endern/ minor aber mag er sie endern / mindern vnd bessern.

Landrecht. lib. I. art. 63. lib. 3. art. 14. ubi & gl. Constit. Elector. part. I. Const. I. incip. Wiewol wir bericht. König. c. 48. §. Vnd weil der text. 4. & c. 53. Von enderung der Klage.

### XVIII.

Non exigua de hac quæstione difficulti inter Interpretes Iuris concertatio est: An plures actiones uno in libello proponi possint? Et quia expressè in iure nostro prohibitum non reperitur, plurium actionum cumulationem, licium dirimendarum causa, & ne partes sumptibus vexentur, admittendam esse cum communi Dd. Schola in foro recepta statuo.

I. r. §. quia autem ff. quod legat. l. heredes 25. §. de plurib. 30. ff. famil. erciscundæ. l. non est novum. 10. ff. de actionib. empti. l. omnium §. I. ff. de procuratoribus c. nullus pluribus de Reg. Iuris in s. ubi Dynus c. I. verb. super suis quæstionibus. ext. de inst. petitio. Salicetus. in d.l. edita. n. 18. & seqq. Modò illæ sibi invicem contrariæ non sint. Cum enim plures actiones ex eadem causa atque ad idem adversus eundem competitunt, tū harum electa una, cæteræ eliduntur. l. quod in herede 9. §. eligere. de tribut. actio. ubi Costal. l. nemo 43. ubi Petr. Faber. de R. l. Cumulatōnis exempla habentur in l. si idem 11. ff. de Iurisdictione. l. 33. l. 48. §. qui servum de legat. I. & c. l. Lucio Titio de O. & A. Gail. lib. 1. obs. 63. Mynsing. cent. 1. obs. 58. Schneid. ad §. sin minus Inst. de Actionib. n. 16. & seqq. Nec obstant regulæ prohibitive cumulationem impudentes, quantum demum locum habent, si de Cumulacione excipiatur. Mynsing. cent. 1. obs. 25. ubi & iniuriarum & legis Aquilicæ actionem cumulari posse docet per tex. l. qui servum 34. de O. & A. Quando autem uno in libello plures actiones



proponuntur, Iudex diligenter ad singulas actiones & ad singula facta attendere debet, quæ actio cuique facto competit, quid quantumq; in qualibet actione probatum sit: quot enim sunt facta, tot & actiones. Gail. d loco per l. scire debemus de verb. oblig. vide Zasium in H. sin minui. inst. de Actionib. Quæ cumulationem impedianc docet eleganter Schneid. in d. H. sin minus Inst. de Act. Ad totam hanc libellorum materiam vi de elegantissimum tractatum Oldendorpij de form. libell. & sum. Odofredi &c.

XIX.

De Reconvencioneseu Libello oblatu Rei conventi Advocatus sollicitè a mutuis peti- nimadvertat, num & ipse Reus actionem aliquam adver- tionebus. sus Actorem habeat, ut ita urgente vicissim eodem in iudicio urgere, & Reconvencionem movere queat. De hac breviter in subsequentibus thesibus agam.

XX.

Reconvencionem Die Widerflage Iure civili & Ca- nonico permisam esse, extra dubitationis aleam pos- tum est a. Sed de iure Saxonico dubitatur: Quamvis autem omnium ferè Interpretum animos, eam prohibitam esse, opinio pervasit b, illud tamen non simpliciter verum esse, expressis Iuris Saxonici textibus demonstrari num poterit tentabimus c.

a Exiliter quidem bæc de Reconvencionem materia in iure ci- vili tractatur: ut in l. 2. H. item si exira provinciam. vers. sed si agant l. qui non cogitur. 2 2. ff. de iudicis. l. Cum Papinianus & 4. C. de sen- tentiis & interlocutionib; omnium iudicium. Novella De Executo- ribus, & de iis qui conveniuntur & reconveniuntur. s 6. Prolixè re- rò ab Interpp. in d. l. cum Papinianus. In iure Canonico ad hanc mate- riāl spectat. tit. 6. lib. 2. decretal. de mutuis petition. c. dilectio c. ult. de Ord. cogn. c. dispensia H. Reus quoq; de rescript. lib. 6. Clement. sepe. de V. S. Deniq; in Ordinatione Camera Imperialis pasim Re- convencionis fit mentio, specialis etiam de ea extat titulus. part. 3. tit. 30. Von der Gegenflage/ vnd wie in derselben procediret wer- den soll. b Chilian. Konig. in processu c. 60. Von der Antwort oder Kriegsbefestigung. H. 1. verb. Weil denn/ etc. vVes. in par. f. de compensationib; nu. 9. Fuchs. differ. 46. Reinhard. different. 4. per

per articul. 12. lib. 3. Landrecht. c. Articul. 61. lib. 1. Landrecht.  
bis verbu. Vbi quis aliquem convenit, ibi licet reconvenietur. artic.  
79. in fin. lib. 3. ubi et gloss. Weichbild in gl. art. 28. nu. 3. Lehn-  
recht. c. 18. et ibi gloss. Melchior Kling. in Method. Iuris Saxon.  
par. 2. Von der Widerklage. pag. 47. vide Constit. Elector. part 2.  
Const. 7. In welchen Fällen die Widerklage auf Sachsischen  
Boden nicht stat habe.

### XXI.

Est autem Reconventio, Rei conventi & adversus  
actorem, vicissim sub eodem Iudice instituta actio.

a Dico Rei conventi. Reconventionis enim reconventio in eos  
dem Iudicio non admittenda. gloss. in autb. Et consequenter, verb.  
eundem. C. de sententiis & interlocut. Salsetus ibid. n. 4. Speculator  
de Reconventione. h. fieri. 1. n. 4. alias modus litium multiplicatus in-  
explicabilem faceret Iudici difficultatem, & diversis processibus illae  
magis intricarentur, quam exiricarentur. arg. c. tuam. 3. de Ord. co-  
gnit. Vulteius lib. 2. Iurisprud. c. 30. n. 10. Panormitan. ad rubr. c. 1.  
de mutuis petit. n. 1. et ibidem. Socin. art. 1. n. 1.

### XXII.

Dixi eodem Iudice, sive de eadem re, sive de di-  
versa; imo etiam ad plurima separata: modò Reconven-  
tioni in iis locus sit a, si vero non, tunc coram alio Iu-  
dice Actoris Reus durante instantia actorem convenire  
potest b.

a Cuius est ratio: ne Actor distrahitur binc inde ut dicit tex.  
in l. si idem cum eodem h. quod si mutuae ff. de iurisdiction. Sichard.  
ad auth. Et consequenter n. 4. b Dd. in d. auth. Canonista c. 1. de  
mutuis petit. VVurmserus lib. 1. tit. 12. obs. 2.

### XXIII.

Species eius quidam constituunt duas, unam Com-  
pensationis, alteram Reconventionis in specie sic dictæ.  
Sed quam bene in ipsa disquisitione videbimus.

Species Re  
convent.

Vide Vulteum d. c. 30. n. 10. VVesenh. in par. ff. de compensatio  
n. n. 9 Bald. in d. l. cum Papinianus in fin. Constit. Electorat. par. 1.  
Constit. 8. Ob die Exception compensationis zu Sachsenrecht statt  
habe. Circa hanc thesin diligenter observandum. In iis  
casibus, in quibus & compensationi locus est, in arbitrio  
rei

rei stare, à qua incipere velit, & planè cū multa usu venire possint, quæ compensationem impedian, magis è re esse, si reconventione utatur. Vide VVesen. d. iii. de compensat. vers. sed hoc in questionem n. 8. Sichard. in d. l. cum Papinianus n. 12. Ceterum si legis prohibitio impedit compensationem, ut in specie l. ob negotium. 20. ff. de compensat. 1. 2. 3. 7. 9. & pen. C. eod. vel cum debitum illiquidum compensandum est. l. ult. dict. ti. bisce causibus omnino Reo ad Reconventionem sugiendum est. Maranta. part. 4. dist. 6. n. 2. & 3.

#### XXIV.

Magna apud omnes Interpretes est altercatio, quando Reconventio instituenda sit? Ego eam ante causæ conventionalis conclusionem actori moveri posse, de ius re verius esse existimo.

c. dispensia. §. Reus quoq; de Rescript. lib. 6. ubi dicitur, quod eodem durante iudicio, Reus Actorem reconvenire possit, donec scilicet in causa conventionis conclusum sit, quod tunc factum intelligitur, quando utrinq; litigantes probationibus & allegationibus renunciarunt, sententiam definitivam expectantes. c. pastoralis de caus. posse. & propriet. Gail. lib. 1. obs. 107. nu. 3. Schwarzenhaller in pr. de Reconvent. c. 1. n. 6. Iudicium enim dicitur dum causa discutitur. c. forus. de V. S. & propriè à litis contestatione incipit. l. res in iudicium. 1. C. de litis contest. Cuiac. lib 9. obs. 21. Duaren. ad tit. ff. de iudicis. in pr. Vnde liquet tam ante quam post litis contestationem Reconventionem fieri posse approbante. gl. in c. 1. verb. respondere. de mat. petitio. l. in rem 29. in pr. de compensat. Huicq; sententiæ adstipulatur. Kammergerichts Ordnung. par. 3. tit. 30. in verb. Der Beklagte soll seine Gegenklag vor des Kriegs befestigung/ oder hernach ad proximam oder secundam fürbringen vnd darauf zugleich procedires / vnd ein Termin vmb den anderit gehalten werden. So aber solche Gegenklage hernach/ vnd doch vor Beschluss der sachen fürbracht würde/ als den sollen beyde sachen der Klag vnd Gegenklag vertheilet unterschiedlich/ vnd ein jede für sich selbst allein vermag dieser Ordnung gehandlet werden. Vide Sichard. in d. auth. & consequenter n. 56. & seqq.

#### XXV.

Quod in d. Ordinat. Cam. dicitur Conventionem  
& Re-

& Reconventionem simultaneo processu debere expediti eademq; sententia terminari, de natura Reconventionis est, & verum si de utraq; pariter liqueat, secus de una si prius constaret, quam de altera: tum Iudex de ea solùm, de qua liquet pronunciare potest.

Speculator. de Reconvent. §. videndum n. 5. Panorm. in c. i. n.  
9. de mut. petit. Marant. d. par. 4. dist. 5. n. 9. 10. 11. Bald. in d. l. cum  
Papinius n. 3. Atq; ita observatum in Camera in causa Sebastiani  
Vogelsberger contra Comitem VVilhelnum de Furstenberg relata an-  
no 1543. testatur Mynsing. cent. I. obs. 10. ubi addit. Si Iudex  
malit cognitionem in causa conventionis, de qua iam li-  
quet tantisper differre, donec in causa Reconventionis  
pariter concludatur, & de utraq; cognoscere hoc ei face-  
re licitum esse. Vide de hac quæstione disputantem Thomingium.  
decis. 16. Sichard. d. auth. Et consequenter n. 4. VVurmser. dict. tit. I 2  
obs. 4. Henning. Goden. d. consil. 33. n. 11.

## XXVI.

Actor si Reconventioni respondere detrectet, ei  
quoq; in sua causa audience denegabitur a. Idq; adeò  
verum, ut actor semel reconventus, licet postea desiste-  
re, vel liti renunciare velit, non tamen propterea motum  
sibi reconventionis Iudicium effugere queat b.

a c. ex literis I. c. prudentiam. 2. de mutuis petitionibus c.  
cum dilectus 2. de Ord. cogn. Spec. de Recon. §. restat. n. 1. Marant.  
d. lo gloss. iii Sachsen recht lib. 1. art. 6 1. num. 3. b Actor enim  
tum cum Reo q. contraxisse videtur arg. l. omnem 20. ff. de Iudiciis l.  
licet tamen 3. §. idem scribit 11. ff. de peculio. In contractibus vero re  
non amplius integra pœnitentia locus non est, nec ab illis altera par-  
te invita recedi potest. vide Marant. d. par. 4. dist. 5. nu. 55. Sichard.  
ad d. l. cum Papinius C. de sent. & interl. n. 2. Adde quod per li-  
belli oblationem in causa reconventionis perpetuata est  
Iudicis Iurisdictio adversus Auctorem. c. licet de officio dele-  
git. vide Specul. d. §. restat. Menoch. de arbitr. Iud. quæstio. lib. 1.  
quæst. 44. n. 5.

## XXVII.

Regulariter mutuae petitiones peragi possunt coram  
omni Iudice, tam Ordinario quam delegato a modo

C causæ

causæ reconventionis notionem habeat. Sed si Iudex per modum simplicis conventionis causam cognoscere nequit, tunc ne incidenter quidem huic locus erit b, nisi forté de facto, non autem de iure sit controversia.

a d.l.cum Papinianus 14.C.de sent. et interlo. d. c. 1. C. 2.  
de mut. petu. d. auth. et consequenter. Specul. de Recon. h. fieri n. 1.  
Sichard. in d.l.cum Papinianus n. 6. etiam arbitrio Iuris vel a Principe  
pe dato, Zafius lib. 2. singul. respon. c. 37. Menoch. d.lib. 1. arb. iud.  
quest. 44. n. 1. & 2. Iason. in l. est recepium 14. post. gl. de iurisdict.  
VVurmser. dict. tit. 12. obs. 3. Non verò coram arbitro com-  
promissario, nisi virtute compromisi in hoc recipiatur.  
Spec. d. h. fieri. gloss. Iuris Saxon. lib. 1. art. 6 1. n. 3. Marant. par. 4.  
dist. 6. n. 20. et seqq. Hennig. Goden. cons. 33. nn. 7. ut nec co-  
ram Iudice appellationis. VVurmserus dict. tit. 12. observ. 7.  
b. Causæ enim incidentes vel emergentes in Iudicio  
per modum exceptionis, replicationis & duplicationis,  
proponuntur, nunquam verò per modum actionis teste  
Sichardo in l. quoties 3. n. 3. C. de Iudiciis. Illæq; respiciunt vel  
merita causæ principalis, ut quæstiones incidentes, vel  
eius processum, ut causæ emergentes. Menoch. lib. 1. de  
arb. iud. quest. 44. Reconventio autem per modum actio-  
nis proponitur in judicio. l. non exceptionibus. 10. C. de except.  
Sichard. in l. nulli n. 2. C. de Iudiciis.

### XXVIII.

De Paribus Curia & Feudi Domino dubitatum fu-  
it: Et eam coram iis in causis feudalibus, non verò aliis,  
admittendam, in foro receptum est.

Vide thesin 90. disputationis primæ, Gail. lib. 1. obs. 1. nn. 57.  
Mynsing. cent. 4. obs. 90. Rosenth. de feud. c. 12. quest. 48. Ho-  
rum enim iurisdictio limitata est, in certo genere causarum, ideoq;  
videtur obtinere l. solemus & r. h. latrunculator ff. de Iudiciis Diffen-  
ent. vide apud Rosenth. alleg. loc. Schrader. de feud. par. 10. sectione  
6. num. 235.

### XXIX.

Electores aut alii Imperii Principes, privilegium  
primæ instantiæ habentes, si coram suis consiliariis Ver-  
mög der quatragesi conveniuntur, actorem reconvenire  
nequeunt.

nequeunt a. Sed quid si invicem iudicio contendere  
velint, & Actor ab Imperatoria Maiestate Commissari-  
um impetravit? Affirmativam juris rationib. defendere  
conabimur b, nec diversum statuimus, si hi aliquem  
mediate Imperio subiectum coram suo ordinario con-  
veniant c.

a Kammergerichts Ordnung part. 2. tit. 4. Wie vnd vor  
welchem Richter die Prälaten/Graffen/ Freyherrn/ Herren /die  
vom Adel &c. h. Dieselben. verb. Auch sol die klagende Partie  
nicht in wider Recht für die Räthe gezogen werden. Idemq;  
esse si Comites, Barones, Nobiles, & reliqui eius generis  
immediate subiecti Romano Imperio iuxta ordinat. Ca-  
met. part. 2. tit. 2. sese convenientant, docet excellens Iure-  
consultus Sichardus in d.l. cum Papinianus n. 9. b Eiusmodi enim  
Imperatoris commissarii delegati sunt iudices, ut colligitar ex ord.  
Cam. par. 2. tit. 2. h. Darauff soll. verb. Das auch derselb antea  
nehmen vnd zuuolsführen schuldig sein soll / als Kaiserlicher Com-  
missarius in krafft der Commission. confer. l. 1. de officio eius cui  
mand. est. c Idq; propter Reconventionis naturā: & quod  
expressè prohibitum nusquam reperiatur. Non facile igitur Consilia-  
rii Electoribus vel aliis statibus Imperii Dominis suis autores esse de-  
bent, ut litem alia inferioribus & præsertim mediate Imperio sub-  
iectis inferant, atq; ita ad agendum coram iudice longè inferiori  
temere profiliant, sed subductis diligenter rationibus id prius experi-  
antur: Vtrum etiam Adversarius actionem aliquam adversus Domi-  
nos suos habeat, ne illi aliena iurisdictioni per reconventionem sub-  
ijciantur non obstante privilegio. Ord. Cam. & si animadvertunt  
reconventionem moveri posse, potius autores sint ad negotium aliud  
citroq; transigendum quam ad litigandum, præsertim coram iudice  
plebeio: quod et si iure quidem liceat, non tamen pro illustri dignita-  
te tantarum personarum satis honorificum videtur.

### XXX.

Scrupulosa quoq; est quæstio: An Clerico a' agen-  
ti coram iudice seculari reconventio moveri possit? Pos-  
se defendere conabor b.

a Clericorum appellatione qui comprehendantur, & que eo-  
rum sint officia eleganter docet Dn. præceptor Borch in suo eruditissi-

sumo tr. feudali. c. 5. à v. 3. usq; ad n. 2. 2. quem vide. b arg. l. quoli-  
es 3. C. de Iudiciis l non quidem C. de iurisdictione. c. iniquum. 32. quest.  
6. c. Accusatores. h. Cuius in agendo 3. quest. 8. Spec. de Recon. h.  
nunc dicamus 2. n. 7. Marant. part. 4. dist. 6. n. 53. Et dist. 11. n. 59.  
Gail. lib. 1. obs. 37. n. 6. ubi hanc sententia communē dicit. Myns. cento  
2. obs. 67. n. 7. Sichard. ad d. l. cum Papinianus n. 3. gl. Iurius Saxonicus  
d. lib. 1. art. 61. n. 3. in fi. Nisi causa reconventionis esset spiri-  
tualis & Iudex secularis: tunc enim ex defectu iurisdictionis  
cessaret reconventio secund. Bart. in d. auth. Et consequentia  
9. vel nisi Clericus criminali actione qua infamat, aut capitalis est, re-  
convenitur. gl. in c. at si Clerici de Iudiciis. Idem juris esse in stu-  
diioso. Panorm. in c. 1. n. 37. Et Socin. ibid. art. 4. n. 1. de mut. pe-  
tit. aiunt. quod videlicet is conveniens hominem plebeium in alieno  
foro, posse ibidem non obstante privilegio suo reconveniri, & vicis-  
sim convenitus coram Rectore, illius iurisdictioni eundem Actorem  
per reconventionem subiicit. vide Sichard. ad d. l. cum Papinianus n.  
5. ubi Et gloss. à qua tamen sententia Cynuu in auth. habita n. 10. C.  
ne filius pro patre. Et Salicetus ibid. n. 25. recedunt, quos sequitur  
Iulius Pacius ad d. auth. habita n. 15.

## XX XI.

Ceterum Reconventio regulariter quidem in omni-  
bus causis locum habet (etiam quando Iudicis officium  
principaliter intentatur a) præterquam expressè in iu-  
re prohibitis b.

a 1. præses 1. h. ult. ff. de extraord. Cognit. Specul. de Recon. h.  
nunc videamus num. 11. Marant. part. 4. dist. 6. n. 36. VVurimserus  
dict. tit. 12. obs. 6. Bartol. in auth. Et consequenter. C. de sent. b pu-  
ta in causa Depositi. l. pen. C. depositi. l. ult. h. 1. C. de compensat.  
Paul. lib. 2. sent. tit. 12. ubi Cuiac. Menoch. de arb. iud. quest. lib. 2.  
cent. 2. cas. 184. Spolii. ut si quis agat interdicto vel remedio re-  
cuprandæ possessionis, vi ablatæ, hunc reconvenire nisi de multua  
spoliatione non potes. c. ult. de Ord. cognit. l. ult. in fin. de compensat.  
ubi Gothofredus. Momentariæ possessionis l. ult. C. qui legit.  
person. Gail. lib. 1. obs. 7. n. 6. 7. Cuiac. in par. C. si de moment. possesse  
appell. Deniq; in omnibus causis quæ non habent judici-  
alem disceptationem, neg, per modum actionis in iudicium de-  
ducuntur, ut si peratur testamentum aperiri Marant. d. lo. n. 37. an in  
Causa

Causa proprietatis & possessionis dictum est supra disputatione I. th.  
10. vid. Euerbard. Bronchorst. assert. 65 cent. 2. in ventioꝝ.

XXXII.

Prohibitibus adde quoque causam fractæ pacis publi-  
cæ, Die sachen des gebrochenen Landesfrieden.

Gail. lib. I. de pace pub. c. 12. ubi & duas rationes adsignat,  
cur ita in Camera obseretur. I. Ut separatis processibus super diver-  
sis causis melius veritas indagetur, neq; unius causa cognitio alias  
remoretur. II. Quod non opus sit reconventione hoc casu: cum tan-  
tudem per viam simplicis actionis reus consequatur.

XXXIII.

Thefium numerum claudat, ardua, difficilis, & in-  
tricata quæstio. An in causis criminalibus reconventio  
concedatur? Et quando Reus criminaliter accusatus su-  
am suorum quæ iniuriam prosequitur, Actorem coram  
suo ordinario Iudice criminaliter reconveniri posse  
communis est Doctorum sententia.

Item si maius crimen reconvento obijciatur, tumq; maioris  
criminis causa, rāiori quod prius delatum est, præfertur. I. prius est  
I.l. neganda 19. C. qui accusare non possunt. Cuiac. lib. 20. obser. 7.  
Gail. lib. I. de pace publ. d. c. 12. n. 1. 2. Marant. d. sapè loco. nu. 56.  
& seqq. Dd. in l. si quis Reus. 5. ff. de iure fisci, & in d.l. I. & 19.  
Abbas. in c. 1. de muriis p. ii. VVurmferus d. tit. 12. obs. 8. & 9. vide  
Ioh. Bapt. Schwarzenthaler in pr. de Reconvent. subiecto. c. 4. n. 4.  
& seqq. ubi plures casus enumerat.

C O R O L L A R I A

I.

SI Princeps dicat: Investimus eum de pago. N. cum  
Omnimoda Iurisdictione. Wir belehnen ihm mit allem  
Gericht vnd aller Oberkeit, quærisolet an tam merum Im-  
perium quam mixtum consequatur investitus? De Iuris  
civilis sententia merum Imperium Iurisdictionis verbo  
quidem non continetur, ab ea cum separatum sit, hocq;  
non nisi nominatim & specialiter transferatur: Ex rece-

ptatamen Doctorum sententia merum & mixtum Imperium cum Iurisdictione, hoc est, Hohe vnd Nidergerichte transferri dico.

Gail.lib. 2. obs. 61. n. 15. obs. 62. n. 9. Ferrariensis præd. in form. libell. actio confess. pro servitute verb. plenam & omnimodam. 2. De Iure Saxonico tantum duæ Iurisdictionis species reperiuntur, Vna Imperii, sub qua comprehenduntur omnes gradus meri & mixti Imperii, altæ videlicet & mediæ Iusticiæ, eaque vocatur Iurisdictio superior. Die Obergerichte/peinliche oder halegerichte/ Blutban putat quando poena concernit diminutionem vitæ, amputationem manus, aut alterius membra Wenn die Klage an Haut vnd Haar geht. addit. latina litera f. art. 13. Landrecht. lib. 2. § art. 28. eodem lib. gl. Weichbild. art. 16. h. Ir sollet wissen/ das der nicht vtrecht. Altera est iurisdictionis simplicis, quam vulgo vocant, Die Erbgerichte / item Nider oder Vfsergerichte. pro ut notat gl. pen. art. 33. lib. 3. Landrecht. & lib. 1. art. 68. in pr. ubi textus describit causas, ad cognitionem inferioris magistratus pertinentes. In terris igitur Saxonici sotii multo magis dicta Interpp. sententia vera est. Illa enim verba alies Gericht / vel alle Obrigkeit / altam & bassam ut Dd. loquuntur Iurisdictionem, h.c. Hohe vnd Nidergerichte sub se continent. Vide Matthiam Colerum in processib. execut. par. 2. 6. 1. nn. 109. & seqq.

## II.

Sed an sub omnimoda Iurisdictione data etiam Regalia concessa sint disputatur, ut puta vestigalium impositio, monetæ cuiusio, ius indagandarum todinarum metallicarum? Quia autem Regalia nihil cum Iurisdictione commune habent, ea quoq; soli Principi reservantur, immo non nisi specialiter à Principe tribuuntur, Regalia sub omnimoda Iurisdictione non contineri verior Interpp. sententia est.

c.unico quæ sint Regalia. vide VVesenb. Consil. 27. n. 21. vol. I. Dissent. Henningus Goden. cons. 3. Vide auream bullam Caroli IV. de privileg. Princip. & Elektor. ubi eis argentifordinæ singulari beneficio conceduntur, non igitur promiscue



misceat aliis quoq; inferioribus ex generali concessionē  
competere possunt. Secus dicendum. Si in investitura  
dicatur. Vir belchnen ihu mit Landesfürstlicher Obrigkeit vnd  
Oberbotmessigkeits in hoc enim membro regalia & tatera principe  
pum reservata connumerari docet Matthias Colerus d. loco.

### Paradoxon Politicum.

IN Comitiis Imperii non duo tantum consilia statuuntur  
sunt, Electorum nimirum & Principum, sed tertium  
quoq; iis, Civitatum videlicet liberarum annumeran-  
dum est.

Ex Aurea enim bulla Caroli I V. illæ suam sessio-  
nem & vota in judiciis habent. Et meritò. Nam secun-  
dum naturam est, commoda cuiusq; rei eum sequi quem  
sequuntur incommoda. l. 30. de R. I. Communia quoq; nego-  
tia communis consilio gerenda esse, naturalis ratio dictitat, nec in a-  
ctibus universitatis, in quibus tractatur de rebus concernentib. ipsam  
universitatem ut singulos, sufficit maioris partis consensus, sed omni-  
no expressè omnes consentire debent. l. Iurisgentium 7. 9. fin. de pa-  
ctis l. quod maior. 19. ubi Dd. ad municipalem. Vide Gail. lib. I. obs.  
21. nu. 2. et lib. 2. obs. 57. Item in tr. de Arestis Imperij. c. 9. nu. I.  
G lib. I. obs. I. n. 20. ubi quoq; Argentinam, Memmingam, Norin-  
bergam, Vormaciā besondere austrāge / hoc est, singulares Iudi-  
ces habere asserit. Hac quamvis vera sunt circa annum tamen 1523.  
in Comitiis Norinbergensib. in dubium vocata esse, ex Sleidano. lib. 4.  
com. pag. 91. appareat. Sed male per rationes prædictas.

### Historicum.

A Roberto Bellarmino & reliquis hunc qui sequun-  
tur, Papam Imperium Romanum Carolo Magno con-  
tulisse, nihil magis ridiculum, nihil ineptius, futilius &  
absurdius dici posse ex historicis veritatem qui non ne-  
gligunt, manifestum est.

Tum:

Tum temporis enim Imperii ius omne penes Orientales, seu  
Constantinopolitano Imperatores fuit, Papa præter patrimonia &  
recens à Pipino, Caroli M. patre Pentapolin & Exarchatum Rauen-  
nat. concessum nihil possedit. Et quidem alieno beneficio,  
seu instar clientis sub defensoribus seu patronis Francis.  
Vide eleganter & eruditè de hac quæstione differentem  
Clarissimum Historiographum D. Reinerum Reinecci-  
um p. m. in annalibus Caroli Magni lib. 4. in notis ad  
annum DCCCI. indi&. VIII. Contrariam sententiam  
acerrimè defendit Robert. Bellar. in libello de Transla-  
tione Imperii Romani à Græcis ad Francos aduersus Il-  
lyricum scripto, quem egregiè refutat D. Math. Dresse-  
rus. Attingit quoque hanc quæstionem Hen-  
ning Goden Consil. i. Et tantum de  
Libellis & Reconventione;

*Deo sit Laus & Gloria.*



99 A 6904



TA → DL



### Farbkarte #13

B.I.G.



45

CHRISTO SOLE IVSTI  
TIAE DVCE  
SVB PRÆSIDIO  
NOBILISSIMI ET AM-  
PLISSIMI VIRI D. ARNOLDI  
DE REYGER, DOCTORIS IVRECONSULTI  
celeberrimi, Pandectarum in florentissima Aca-  
demia Salana Professoris pu-  
blici &c.  
*H. A. N. C.*  
PROCESSVS IVDICIARII  
DE LIBELLIS ET RE-  
CONVENTIONE  
*Disputationem III.*  
Ex I. V. & receptis in foro Doctorum op-  
inionibus desumptam,  
Publicè in Amplissimæ Facultatis Iuridice au-  
ditorio, examinandam propositum, ac exercitū gratia  
defendendam suscepit,  
CHRISTOPHORVS HENSCHER  
MONSTERBERGENSIS SILESIUS.  
*Hab. disput. 20. Junii hora 6. matutin.*  
D. MATTHÆVS VVSENB. in proleg. de studio  
Iuris recte constituendo.  
Turpè est difficiles habere nugas, stultus labor est ineptiarum, ut  
quidam ait: Etsi enim cognitio omnium partium Iuris per se iucun-  
da existit; tamen studii nostri finis est, sicut esse debet, idem qui  
justiciæ nempe ACTIO & VSUS FORENSIS: ut in iu-  
dicis, in foro, in omni negocio, quid æquum quid iniquum sit, ex-  
ploratum habeamus, atq; hoc scientiæ genere in forum usumq;  
per ducto Reipublicæ totiq; humano generi quam plurimum com-  
modemus.

I ENAE  
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.  
ANNO CICLO ID XCV.